


20.026


BIBLIOTEKA


Zakł. Nar. im. Ossolińskich

WN

12095







T
SC

S R

FI

Di
Ty
Do

PROPOSITIONES
THEOLOGICÆ
SCHOLASTICO-DOGMATICÆ

Meati

S. R. E. Conciliorum, atq; SS. Patrum

CONFORMES.

Amplissimo Nomini

Illustrissimi Reverendissimi

Domini

FLORIANI AMANDI

de Janowek

JANOWSKI

Divina Vocatione Archi Cœnobii
Tynecensis ABBATIS, S. Theologiæ
Doctoris, Canonici Cathedralis Cra-
coviensis

NUNCUPATÆ,

Quas

pro publicis Disputationibus

EXPOSITAS

20026

defendendas susceperunt

RR. FF. Hugo Sobański Professus Lubinensis, & Maurus Łacki Professus Tynecensis. O. S. P. BENEDICTI

In assistentia

AA. RR. PP. CÆLESTINI DZINSKI Professi Tynecensis & ILDEPHONSI KONOPKA Professi Lubinensis, Actualium in Archi-Cænobio Tynecensi

Theologiæ Professorum

Annô MDCCLXXV.

Diebûs ultimîs Junii.



AD

XVIII - 12095 - II -

AD

us
ofefi
CTI
DY
nfi
PK
iun
S

ILLUSTRISSIMUM
REVERENDISSIMUM ac
AMPLISSIMUM DOMI-
NUM DOMINUM
Archi-Cænobii Tynecensis
ABBATEM
MECÆNATEM FAVEN-
TISSIMUM.

Recogitantes nobiscum sæpè
sæpiùs, tum in singula Con-
gregationis nostræ gymnasia,
tum præsertim in nostrum Ty-
necense studium amplissimos Tu-
os favores **ILLUSTRISSE**

Az

ac

ac REVERENDISSIME DO
MINE, haud potuimus animo
nostros cohibere, quin cum te-
stificatione debita gratitudinis in
publicum prorumperent, sui que
perexigui laboris specimen. No-
bilissimo Tuo juxta ac Floren-
tissimo consecrarent Nomini.
Et sanè magnus est Tuis in
omnes litteras amor, magna est
nostra, in Te omnibus litteris
excultum, observantia. Amor
ille quo bonas quasque prosequeris
artes, publicam probationem
exposcebat, observantia ista,
quam precipuam excellentis
Tuae sapientia habemus, publi-
cam exigebat significationem
cultus. Rem (ni fallimur) fe-
liciter

licititer nos conficere putamus,
dum hac Theologicarum thesi-
um Nomini Tuo nuncupatio-
ne, & propensissimam Tuam
in omnes scientias voluntatem,
dilaudandam imitandamque
proponimus, & hunc Tuum
Divinâ humanâque eruditione
illustrem animum, publicô in
Te venerationis nostræ reve-
mur testimoniô. Verum qua
pradicatione ingentem rectefa-
ctorum Tuorum efferemus pha-
langem quo encomiorum genere
prestantissimis cumulatum doti-
bus prosequemur animum quali
& quantâ grati animi memo-
riâ, pietatem istam in studiis
celebrabimus? Optaremus præ-
celsa

celsa magni Nominis Tui de am-
cora, ad pretium tenuissima nobis
stra opella huc conducere, sed gre-
hac, vix amplissima in Orbe Pra-
Polono dignitatum subsellia, tab-
valent capere. Vellemus sal-ros
tim attingere meritorum Tuo-fac-
rum sublimitatem, verum non ve-
nè praecelsam Tuam sapientiam, sti-
loquuntur Cathedra, prudentiam tu-
in publicis privatisque rebus o- in
ptimè administrandis, altissimi im-
honores? gravitatem ab omni su-
alienam arrogantia, quotidiana qu-
praxis? affabilitatem, publici pr-
Virorum eruditissimorum con- du-
fessus? pietatem, exemplaris E-
ad omnium amulationem ad- su-
miranda vite sanctimonia? in- m-
tami-

deaminatam equitatem, sublimis
nobis iterata non sine ingenti Con-
sedgregationis nostræ emolumento,
Præfidentialis dignitas? Per vo-
tabunt hæc pro certò ad Poste-
ros, nec ulla de illis conticescent
secula. Sed nè exiti ingenii,
verborumque lepore, & mode-
stiam Tuam ledere, & grati-
tudinis officia, quibus plurimum
incitamus, minus videamur
implere, præterimus silentiò
summam illam existimationem,
quam apud omnes doctrinæ,
prudentiæ, & urbanitatis lau-
dibus facile Tibi comparasti.
Hanc tamen reticere non pos-
sumus cujus testes in dies su-
mus, quam benevolentia Tibi
signi-

significationem non exhiben pact
principes Viri? quo non cultum
Te prosequuntur? quis non
summo studio adnitatur, ut in glor
numero Tibi addictorum locum Di
obineat? quam existimationem
non modo eximia animi Tui adf
dotes, Tibi pepererunt, verum vir
etiam corporis, illa videlicet a-vin
nimi vultusque Tui majestas, stu
qua in multis, quorum merita ar
ignoramus, coli admodum solet qu
ac suspici. Superest tandem gra-hu
ti animi significatio, siquid e-bi
nim in studiis profecisse vide-illa
mur, sub Tuo regimine atque mi
sapientissimis instituti monit. s, aff
id totum optimo jure Tibi
vindicare potes. Atque hoc
pacto,

benpacto, in Te, & quod imi-
tatemur cum nostro commodo,
nois quod veneremur cum Tua
ingloria, habemus omnes. Praestet
um Divinum Numen, & quod Te
em & clarissimo genere, cui lucem
Tu adfers, decoravit, & omnium
um virtutum, comprimis verò Di-
a-vini cultus propagandi, cuius
as, studiosissimus semper extitisti,
ita ardore exornavit, & tam sin-
let gulari tum Divinarum, tum
a-humanarum scientiarum, qui-
e-bus praefulges, insignivit amore,
e-illud, incolumem & amplissi-
ue mis dignitatibus ornatum diu
s, asservet.

bi
oc

Ex

Ex Tractatu
De Sacra Scriptura &
illius auctoritate.

I.

Libri, qui universim Sa-
cra Scripturâ conti-
nentur, non sunt Libri
suppositi sed omninò
veri, existit adeò Sacra
Scriptura & prudenter à
nullo negari potest.

II.

Porrò Libri omnes, qui
eâ comprehenduntur, si-
ve Veteris sive Novi Te-
sta-

stamenti, integri ad nos
perlati fuerunt, saltem
quò ad partes ipsorum
substantiales, quæ alias fi-
dem tum mores respici-
unt. III.

Scriptura Sacra sive Ve-
tus sive Nova habet pro
Auctore Deum, atque a-
deò est Auctoritatis Di-
vinæ.

IV.

Tametsi DEUS sententi-
as & res, illarumquè sen-
sum in Sacris Libris ex-
pressum, Sacris Scripto-
ribus inspiraverit, tamen
verba

verba ipsa, quibus res illæ, earumque sensus expressi fuerunt, verborumque compositionem & stylum meditationi diligentiæ, ac industria concordem Sacrorum Scriptorum, reliquit.

V.

Canon aut numerus, vel Index Sacrorum Librorum triplex est: Judæorum nempe Catholicorum & Hæreticorum.

VI.

Sincerus & genuinus Sacrorum Librorum Canon est ille, quem Concilium Tridentinum tradidit.

VII.

Enimverò ad solam Ecclesiam pertinet determinare & definire quisnam Liber sit Canonicus, illiusque auctoritas est certa regula, ad libros vel in Sacrorum Codicum numerum recipiendos, vel etiam ex eo numero rejiciendos.

VIII.

& Quippe quæ sola duntaxat discernere potest inter Verbum Dei, & verbum hominum.

IX.

Scriptura Sacra plerumque

que obscura est, & intellectu
difficilis, necnon in va
nos interdum sensus trahere
potest. X

Judex proinde & Interces
pres germani ac genuini
Scripturæ sacræ sensû
legitimus & infallibilis
est sola Ecclesia Romana
Catholica.

XI.

Cum vetus, & vulgata
nostra Sacræ Scripturæ
latina editio contineat
pulum & integrum Dei
Verbum, jure igitur &
meritò Sacrum Tridenti-
num Concilium, eam au-
thenticam declaravit.

Libri Apocryphi sicut ve-
teris & ita & Novi Te-
stamenti omnes illi di-
cendi sunt, qui & tradi-
tione & Ecclesiæ judicio
sivi cujus tanquam Libri
iliverè Divini declarandi
naessent, destituuntur.

Ex Tractatu
De Incarnatione.

I.

Possibile est. seu nul-
lam internam pugnã,
& includit mysterium In-
carnationis.

II.

II.

Incarnatio Verbi Divini
fuit positivè conveniens
Deo, naturæ humanæ &
toti universo.

III.

Multa sunt, quæ Genti-
bus solidè ostendunt, In-
carnationem Verbi Di-
vini peractam fuisse.

IV.

Adversùs verò Judæos,
tùm ex Prophetia Jacobi
Genes. c. 49 ver. 8. & 10.
tùm ex Prophetia Danie-
lis *c. 9* tum ex Prophetia
Agei *c. 2* tum denique ex
aliis pluribus Veteris Te-
stamenti

stamenti locis, Incarnati-
onis existentia efficaciter
evincitur, omnes enim
& Prophetiæ citatæ Messiam
designant, & in Christo
re ipsa fuerunt adimpletæ.

V.

In Vaticinio Jacobæo, si-
cut per *Sceptrum* non est
intelligenda sola potestas
Regia, sed potestas quæ-
libet Rempublicam admi-
nistrandi, ita per *Judam*
non est intelligenda sola
Tribus Juda, sed sola Gens
Judaica.

VI.

Herodes, quo in Judæa
regnante, natus est Chri-

B stus.

stus Dominus, non Judæus genere fuit, sed alienigena. VII.

Initium 70. Danielis hebdomadam non est petendum à tempore factæ Danieli revelationis, nec à 1. Cyri edicto in favorem Judæorum factò, nec ab altero à Dario Hytaspide edito, nec à 4to quod ab Artaxerxe Longimano Regni ejus Annò 20mò prodiit, sed duci debet à 3tio edicto ejusdem Artaxerxis, in quo ille Anno Regni sui 7mò, declarat omnem petitionem Esdræ.

VIII.

Verbum Divinum, veram nobisque consubstantialiam naturam humanam, corpus scilicet humanum, & animam rationalem assumpsit, quibus nempe ipsa constat.

IX.

Ità verò constanti indissolubilique nexu unitum fuit cùm humanitate Verbum, ut eam nunquam deseruerit, vel aliquando deserturum sit.

X.

Christus ante mortem suam habuit corpus passibile,

sibile, fuitque verè doloribus obnoxius, tum quò ad corpus, tum quò ad animam. XI.

Christus carnem suam non ex nihilo. non aliunde, sed materna traxit ex carne, cooperante miro modo Spiritu Sancto.

XII.

Stat invicta Catholica veritas, in Concilio VI. Generali, actione una his verbis expressa, Mariæ Virginitas ante partum, in partu, & post partum intemerabilis.

Ut in omnibus glorificetur DEUS.
PERMISSU SUPERIORUM.
Typis Collegii Majoris Universitatis Gracoviensis.

4083

K

Fragment of text from the adjacent page, including characters such as 'i', 'e', and 'o'.

